Pale: qz ad vltimū finē qui est benē vivere ordinant̄ actus diversi s̄m quēdā gradū: p̄cedit em̄ cōsiliū: sequit̄ iudiciū: t̄ vltimū est p̄ceptū qd̄ īmediate se habet ad finē vltimū: sed alij duo act⁹ remote: q̄ th̄ habent quosdā p̄ximos fines p̄siliū quidē innētiōnē eoz q̄ agēda sunt: iudiciū aut̄ certitudinē. Secūdā v̄o virtus vocat synesis que īportat iudiciū rectū: nō quidē circa speculabilia sed circa p̄ticularia opabilia: circa q̄ est etiā prudētia: vñ s̄m synesum dicūt̄ in greco aliqui syneti vel eusyneti. i. homines boni sensus: sic ecōtrario q̄ carent hac virtute dicunt̄ a syneti. i. insenati: manifestū aut̄ q̄ bonitas cōsiliū t̄ bonitas iudiciū nō reducunt̄ in eandē cām: qz multi sunt bñ cōsiliatiū qui nō sūt bñ sensati q̄si recte iudicātes: sicut etiā in speculatiis aliqui sunt bñ inquirētes: ppter hoc q̄ eo p̄ ratio p̄mpta est ad discurrendū per diuersa: qd̄ puenire videſ ex dispositiōe virtutis imaginatīne: que defacili formare pōt diuersa fantasmata: t̄ th̄ hmōi qñq̄ non sunt boni iudicij: qd̄ est ppter defectū intellect⁹: qui maxime cōtingit ex mala dispositiōe sensus cōis nō bene iudicātis: t̄ ideo oportet ppter euboliā altiā esse virtutē q̄ est bñ iudicatiua: t̄ hec dicit̄ synesis: nam re. tū iudiciū in hoc cōsistit q̄ vis cognoscitua rem aliquā app̄hendat s̄m q̄ i se est: qd̄ puenit ex recta dispositiōe virtutis apprehensive: sicut in speculo si fuerit bñ dispositū impr̄munt̄ forme corpor̄ put̄ sunt: singulē tūc apparent ibidē imagines difforme t̄ praeſe habētes. Qz autē virt⁹ cognoscitua sit bñ disposita ad recipiendū res put̄ sunt cōtingit radicaliter ex natura sed cōsummatiue ex exercitio vel ex munere grē. Et hoc dupliciter. Uno mō directe ex pte virtutis cognoscitiae: vt qz nō est imbūta prauis cogitationib⁹ sed veris t̄ rectis: t̄ hoc p̄tinet ad synesum s̄m q̄ est virtus specialis. Alio mō indirecte ex bona dispositione virtutis appetitiae: ex qua sequit̄ q̄ homo bñ iudicet de appetibilibus: t̄ hoc bonū iudiciū virtutis cōsequit̄ habit⁹ virtutū moralū: ex quib⁹ etiā cōcludit̄ q̄ rectū iudiciū proprie t̄m regit̄ in bonis: qz ltc̄ in malis pōt esse iudiciū rectū in vniuersali: tamē in p̄ticulari agibili semp eorum iudiciū corrumpit. Tertia deniq̄ virtus dicit̄ gnomym: nā p̄bus in. vi. Ethic. determinat gnomym esse specialē virtutē. Cuius ratio est: quia quādoq̄ contingit aliquid esse facienduz

Sērmo IX

ppter cōmunes regulas agendo: s̄m quas solum īdicat synesis: puta cum īmpugnator̄ nō est depositū reddendū vel aliquid aliud hmōi: t̄ ideo de illis īdicare oportet s̄m aliqua altiora p̄ncipia: sed s̄m altiora p̄ncipia exigit̄ altior virtus īdicari: ua que vocat gnomym: qd̄ īportat quādam p̄spicacitatē īdicij: sicut etiā sapientia in speculatiis altiora p̄ncipia p̄siderat q̄ scientia: t̄ ideo ab ea distinguif. De niq̄ q̄tum ad p̄ncipalē actū prudentie q̄ est p̄cipere: t̄ cōsistit in applicatiōe cōsiliatorū t̄ īdicatorū ad opus: tūc ad illā p̄tinet sollicitudo vel p̄prie rectitudo sollicitudinis: qd̄ sic patet: qz dicit̄ Isid. in libro Ethymol. q̄ sollicitus dicit̄ q̄st sollicitus inquātū. s. aliquis ex quadā animi sollicitia velox est ad p̄sequēduz ea q̄ sunt agenda: qd̄ p̄tinet ad prudētiā: qz p̄cipu⁹ actus prudētie est circa agenda p̄cipere de cōsiliatis t̄ īdicatoris: vñd p̄bus in. vi. Ethic. q̄ oport̄ opari quidē velocitē cōsiliata. Hinc dicit̄ p̄ma Isid. iiiij. Estote prudētes t̄ vigilate in oratiōib⁹: vigilātia em̄ est sollicitudo quedā: rectitudo v̄o sollicitudinis ī hoc p̄sistit: q̄ agaf s̄m directionē t̄ p̄ceptū rōnis: t̄ in his abilitat̄ ratio ad celebrans dū sabbatū ī quiete mētis. Ad lau. dei.

De vitijs oppositis prudentie sc̄z prudētia carnis: astutia: dolo: fraude: sollicitudine: imprudētia: incōstantia t̄c. Sērmo IX

Emento ut dīem

m. sab. sancti. Exod. xx. Jam ordine cōgruo p̄sequēdu est de his que prudētie oponunt̄: t̄ impedimenta cōferūt ad celebrādū sabbatū. Que diuidere possumus in du. s ptes: qz dicit̄ Aug⁹. iii. iiij. p̄tra Julianū: q̄ omnib⁹ virtutib⁹ nō solū sunt vicia manifesta discretiōe p̄traria: sic prudētie temeritas: verūtiā vicina quodāmodo nō veritate sed quadā specie falſenti ſilia: sicut prudētie astutia. Primo igit̄ videnđū est de his q̄ quādā falſam habent similitudinē cū prudētia: vtpote q̄ cōtingit p̄ abuſum eoz q̄ req̄runf ad prudētia. Secūdō de his q̄ manifeſte p̄rietatē habent ad prudētiā: vtpote q̄ puenit ex defectu prudētie vel eo p̄ q̄ req̄runf ad prudētia. Qz tū igit̄ ad p̄mū ſciēdū: q̄ vicia prudētie p̄ris q̄ quēdā abuſū prudētie: marie

d. gno my m

d. vicijs contrarijs prudentie

De decalogi

oriunt ex auaricia: nimis cū auaricia po-
tissimum sabbatū violat. Quid autem oriunt ex
auaricia patet: quod quādā similitudinē habet
cū prudētia in aliquali rōnis vīsu: ut patet
de astutia dolo et fraude: sed int̄ alias vir-
tutes morales vīsus recte ratiōis apparet
p̄cipue in iusticia: que est in appetitu rōna-
li: et similis ideo indebit vīsus rōnis maxi-
me apparet in virtijs oppositis iusticie: cui
maxime opponit auaricia: et sic maxie ori-
unt ex auaricia. Primum igit̄ virtū falsam
habēs similitudinē cū prudētia: dicis prudē-
tia carnis: que fīm aplū ad Roma. viij. ini-
mica est deo. De qua prudētia queri potest
vtrū sit peccatū: p̄sertim cū opari ad finē q̄
licite amat non est peccatū: sed caro licite
amat: immo nemo carnē suam vñq̄ očio ha-
buit: vt dicit ad Ephes. v. Ad hoc r̄sidet
sanctus Tho. scđa 2. q. lv. q̄ prudētia est
circa ea que sunt ad finē totius vite: et ideo
prudētia carnis p̄prie dicit: fīm q̄ aliquis
bona carnis habet vt ultimū finē vite sue:
manifestū est autē q̄ hoc est peccatū: quia p̄
hoc hō deordinat circa ultimū finē: q̄ non
consistit in bonis carnis sed in bonis aīe.
Et quia caro est ppter animā sicut materia
pter formā: et instrumentū ppter p̄ncipa-
le agens: ideo licite caro diligit ad hoc vt
ad aīe bonū ordinet sicut ad finē: si tñ sic
caro diligit q̄ in bono carnis ultimū finis
constituit: tūc erit inordinata et illicita di-
lectio: et hoc mō ad amorē carnis ordinat
prudētia carnis: cum ecōtra scriptū sit ad
Roma. xiij. Curam carnis ne p̄ficeritis in
desiderijs. Et nota q̄ aplū tria genera te-
ptationū cōprehēdit sub prudētia carnis:
sc̄z a carne: mūdo et diabolo. Et Iaco. i ca-
nonica. iij. cōprehēdit sub nomine sapientie
dicens: Hō est hec sapiētia desursum descē-
dens s̄ terrena. aīalis diabolica: q̄ singula
peccatū p̄stituūt nō tñ semp mortale. Pro
quo sciendū: q̄ aliquis prudēs dōr duplicit.
Uno mō simpliciſ. s. in ordine ad finē toti
vite: et sic prudētia carnis accepta: ita q̄ in
cura eius constituit ultimū finis toti vite:
est peccatū mortale: q̄ p̄ hoc hō auertit a
deo: cū impossibile sit plures esse fines ul-
timos: de qua dicit Roma. viij. Prudētia
carnis mors est: prudētia autē sp̄s vita et
pax. Alio mō fīm quid. s. in ordine ad finē
aliquē p̄ticulare: sic aliquis dicit prudēs i
negociatione vel in aliq̄ hmōi: et sic prudē-
tia carnis accepta constituit veniale p̄ctū:
contingit enim q̄ inordinate afficit aliquis ad

precepto

aliq̄ delectabile carnis: absq̄ hō q̄ auertit
a deo p̄ pctū mortale: q̄ nō p̄stituit finē to
ti⁹ vite i delectatiōe carnis: et sic adhibere
studiū ad hanc delectationē p̄sequēdā est
pctū veniale: qd̄ etiā p̄tinet ad prudētia
carnis. Quid si q̄s actu curā carnis referat
ad finē honestū. s. ad sustēratōz corporis. tūc
nō vocat prudētia carnis: q̄ sic vīt̄ hō cu
ra carnis nō i desiderijs: s. ad finē debitū.
Secundū x̄o vītū similitudinē gerēs cū pru
dētia dōr astutia: q̄ differēt̄a prudētia carnis
q̄ prudētia carnis ordinat studiū rōnis ad
finē: q̄ nō est vere bon⁹: sed astutia p̄t est
pctū vīt̄ nō veris vijs s̄ simulatis et appa
rētib⁹ ad cōsequēdū finē aliquē: siue bonū
siue malū: et sic s̄ḡ ē pctū: nā si etiā ordinet
ad bonū finē tñ est peccatū: q̄ nō dōz aliquis
etiā ad bonū finē falsis vijs et medijs p̄ne
nire. Quid si obijc̄t̄ illō p̄rouerb. ij. vt det
pūulis astutia: qd̄ sapiēs nō diceret si pec
catū eēt. Ad hō dicendū q̄ licet astutia q̄s
accipit i bono i scripture: et hō p̄p̄t similitudi
nē vni⁹ ad alterū: p̄prie tñ in malo accipit
astutia: sic p̄bus dīc in. vij. Ethic. Ad ma
iorē tñ euidentiā sciendū fīm Tho. vbi s̄. q̄
duo sūt peccata q̄ p̄tinet ad astutiā. s. dol⁹
et frāns: qd̄ sic p̄z: nā ad astutiā p̄tinet assu
mere vias nō veras s̄ simulatas et appare
tes ad finē aliquē p̄sequēdū vel bonū vel
malū: assumptio autē hāx vias p̄t cōside
rare duplicit. Uno mō in t̄pā excogitatiōe
viarū hmōi: et hō p̄prie p̄tinet ad astutiā: sic
etiā excogitatio rectar̄ vias p̄t ad debitū fi
nē p̄tinet ad prudētia. Alio mō cōsiderari
p̄t assūptio taliū vias fīm executōe opt̄
ad decipiēdū: et hō duplicit. Vel em̄ hoc fit
p̄ncipalit̄ p̄ x̄ba q̄ p̄cipiūt locū tenēt inter
signa qb⁹ hō signat aliqd̄ alteri: vt patet p̄
Aug. li. de doct. xp̄i. et hoc p̄prie p̄tinet ad
dolū q̄ maxie tribuit locutiōi: licet tñ cōtin
git esse dolū etiā in factis: fīm illud p̄s. Et
dolū facerēt in seruit ei⁹: silr et i corde in
illud Eccl. xix. Interiora ei⁹ plena sunt do
lo: et sic dol⁹ qdāmō p̄tinet vīt̄ ad execu
tionē astutie: siue fiat p̄ x̄ba: signa vīl facta
Vel illa executio astutie p̄ncipalit̄ fit p̄ fa
cta: et hō p̄p̄e p̄tinet ad fraudē vñ dōr Act. v.
q̄ vir qdā Emanias noīe cū uxore sua Sa
phira vendidit agrū suū et fraudauit de p̄
cio agri: et j. Co. vj. q̄re nō magis fraudē
patimini: et hec duo sunt peccata mortalia
q̄s p̄niciose sūt: vt Ecclia. xxxvij. Qui ef
fundit sanguinē et qui fraudē facit mercē
nario frēs sūt: et p̄s. Unū sanguinū et do-

x̄ fraudē et dol⁹

tertio:

losū ab omniabif dñis. Deinde q̄ri pōt de sollicitudine cui⁹ rectitudo pertinet ad prudētiā vt dictū ē: put. s. ē qdā animi solertia q̄ q̄s velox efficiēt ad psequēdū ea q̄ sūt agēda. Atq; s. lictū sit h̄re sollicitudinē de rebus tpalib⁹: q̄. s. quādā gerit sollicitudinē cū spūali sollicitudine: p̄serti cū vnusq; sollicit⁹ sit de fine pp̄f quē opaf: s. lictū ē hominē opari ppter tpalia qb⁹ vitā sustētar. Ad h̄rūdēt doc. sanct⁹ scđa 2^e. q. lv. q̄ sollicitudo īportat studiū quoddā adhibitū ad aliud cōcedendū. Tpaliū ḡ sollicitudo triplicēt esse pōt illicita. Primo mō ex pte eius de q̄ sollicitamur: si. s. tpalia tanq; finē querim⁹: qr tpalia bona subiecta quidē sunt homi vt eis vtae ad necessitatē: nō tñ vt in eis finem cōstituat t̄ supflue circa ea sollicitet. Secūdo mō ppter supfluū studiū qdō apponit ad tpalia pcuranda ppter qdō hō a spūalib⁹ quib⁹ pncipali⁹ inseruire debet retrahit: iux illud Matth. xij. Sollicitudo seculi suffocat verbū. P̄o q̄ scindū q̄ eius sollicitudo q̄ corporali labore pa- nem acquirit nō est supflua si sit moderata t̄ ideo dicit Hiero. q̄ labor est exercēdus s. sollicitudo tollēda sufflua. s. animū inquietans. Hinc dicit Matth. vi. Holite solliciti esse in crastinū: crastin⁹ em̄ dies sollicit⁹ erit sibi ipsi: id est suā p̄priā habebit sollicitudinē q̄ sufficiet ad animū affligendū: vñ subdit: Sufficit em̄ diei malicia sua: id est afflictio sollicitudinis. Ratio aut̄ hoꝝ est: qr nullū opus pōt esse virtuosum nisi debitis circūstatijs vestias: inter quas est vna circūstantia q̄ debitū temp⁹ obseruet: s̄m illud Eccl. viij. In omni negocio temp⁹ est t̄ oportunitas q̄ nō solū in exteriorib⁹ operibus sed etiā in interiori sollicitudine locū habet vnicuiq; em̄ tpe cōpetit p̄pria sollicitudo: sicut temporis estatis cōpetit sollicitudo metēdi: tēpore autunni sollicitudo vindemie: t̄ sic de alijs. Si quis ḡ tempore estatis de vindemia sollicitus esset supflue p̄occuparet futuri tpis sollicitudinē t̄ illā tanq; supflua dñs phibet. Tertio mō est illicita sollicitudo ex pte timoris superflui: quando. s. aliq; timet ne faciendo qdō oportet necessaria deficiant: qdō dñs tripli- citer excludit in euangelio. Primo ppter beneficia maiora diuinit⁹ homi p̄stita ppter suā sollicitudinē. s. corpus t̄ animā. Secūdo ppter subventionē qua deus aīalib⁹ t̄ plātis subuenit absq; ope hūano s̄m ppor- tionē sue nature. Tertio ex diuina puidē-

Sermo IX

tia ppter cuius ignorantiā gentiles cīra bona tpalia pcuranda pncipalius sollicitant: t̄ ideo excludit dñs q̄ sollicitudo nostra pncipalis esse debet de spūalib⁹ bonis sperātes q̄ etiā tpalia nobis puenient ad nececessitatē si fecerim⁹ qdō debem⁹. Se- cūdo videndū est de his vitijs q̄ manifeste cōtrarietatē habēt ad prudentiā: vt pote q̄ veniūt ex defectu prudētie vel eoꝝ que re- quirunt ad prudentiā cui p̄prie tñ oppo- nit imprudētia proprie sumpta. P̄o quo sciendū: q̄ imprudētia qñiq; sumit īprope scz negative: ita scz q̄ īportat solā caren- tiā prudētie que pōt esse sine peccato vt in amētibus: qñiq; xō sumit p̄natiae. Et hoc duplicit. Vel inquātū quis caret prudētia quā tñ natus est habere: t̄ s̄m hoc est pec- catū rōne negligētie qua quis nō adhibet studiū debitū ad habendū prudentiā: Vel inquātū cōtrario mō mouet vel agit pru- dentie: puta si recta ratio prudētie agit cō- siliando: sed imprudēter consiliū spēnit: t̄ sic de alijs que in actu prudētis obserua- da sunt: t̄ hoc mō imprudentia peccatū est s̄m p̄pria rationē prudētie: non enī potest hoc cōtingere q̄ hō cōtra prudentiā agat: nisi diuertat a regulis prudentie quib⁹ hō rectificat. Unde si ḡtingit hoc ppter auer- sionē a regulis diuinis est peccatū morta- le: puta cū aliquis cōtemnēs diuina docu- menta p̄cipitānter agit. Si xō preter eos agat absq; cōtemptu t̄ absq; detrimēto eo rum que sunt de necessitate salutis est ve- niale: t̄ s̄m hoc p̄prie sumit hic impruden- tia: qr directe opponit ipsi prudētie sub se cōtinens diuersas species: nam inquātū in se cōtinet defectū consiliū: tūc p̄cipitatio vel temeritas est eius species: q̄tū xō ad defectū indicij incōsideratio: sed q̄tū ad p̄ceptum qdō est p̄pria actus prudētie est incōstantia t̄ negligentia. Nētum igitur ad primū sciendum: q̄ s̄m Tho. scđa 2^e. q. liij. p̄cipitatio in actibus anime metapho- rice dicit s̄m similitudinē a corporali mo- tu acceptam: dicit enim corporaliter preci- pitari quod a superiori in ima puenit s̄m impetum quēdam p̄pri⁹ motus vel alicut⁹ impellentis: nō ordinate incedendo p̄ grā- dus: summū autē anime est ipsa ratio: imū xō operatio per corp⁹ exercitata: gradus mediū sunt memoria p̄teriorū: intelligen- tia p̄sentium: solertia ī cōsiderandis futu- ris euētib⁹: rationatio p̄ferens vñ alteri t̄ docilitas p̄ quā quis acquiescit sentētijs

De decalogi

malorum: p quos gradus q̄s ordinate descēdit recte cōsiliādo. Si q̄s ḡ ferat ad agendū finim̄ impetū voluntatis et passiōis: p̄ trāsl̄tis h̄mōi gradibus dicīs p̄cipitatio: et sic p̄cipitationē deficit a docilitate: memoria et rōnes que sunt etiā quedā p̄tes integrales prudētie: qz p̄ docilitatē q̄s sollicite frequenter et reuerēter applicat animū docūmētis maiorū: nō negligens ea p̄ ignauia: nec cōtemnēs p̄ supbiā: p̄ memoriam & o plūrīmo p̄ p̄terito p̄ reminiscīc: que necessaria sunt ad bñ cōsiliandū de futuris: et sic fīm Tulliū habet plurimū artis et industrie: qz ex p̄teritis q̄sī sumit argumentū de futuris: p̄ rōnem p̄inde fit hō bñ rationatiūs qd̄ maxime req̄rit ad prudentiā: vt sic possit bene q̄s applicare v̄lia p̄ncipia ad p̄ticularia que sunt varia et incerta: p̄ intellectū aut̄ cōsequit̄ q̄s existimationē quandā re, etā de aliquo p̄ticulari fine: ita q̄ certitudo rōnis est ex intellectu: oport̄z enī q̄ oīs p̄cessus rōnis ab aliquo intellectu p̄cedat non q̄ intellect⁹ et rō sint diuerte potētie: s̄ q̄ ex diuersis actib⁹ nomiānt: qz nomē intellectus sumit ab intima penetratiōe veritatis: nomē aut̄ rōnis ab inq̄sitiōe et discursu ad faciendā debitā applicationē: vt dictū est: nec sumit hic ratio vel intellect⁹ p̄ ip̄a potētia rōnis vel intellect⁹: sed p̄ ei⁹ v̄su bono. Q̄tū & ad secūdū sciendū: q̄ in cōsideratio maxime opponit rectitudini iudicij. Importat enī defectū iudicij: qz deficit in recte iudicādo: ex hoc qd̄ p̄tenit vel negligit attēdere ea ex quib⁹ rectū iudiciū p̄cedit: sub quo v̄titio. s. incōsideratiōis alia duo includunt. Primū ē incautio: nā ea circa que est prudētia sunt cōtingentia opabilitia: in quib⁹ sicut verū p̄t admisseri falso: sic malū bono p̄pter multi formitatē h̄mōt opabilitū: in quib⁹ a maliis bona plerūq̄ p̄pediunt: et mala speciē boni gerūt: et ideo ad prudentiā cautio necessaria ē: vt sic accipiant bona q̄ vitent mala: cui⁹ oppositū est vitiū qd̄ vocat incautio. Secūdū & est incircūspectio: nā cum prudētia circa opabilitia singularia p̄sistat: in quib⁹ multa cōcurrūt: cōtingere potest aliquid fīm se cōsideratum esse bonū et fini cōueniēs: qd̄ tamē ex aliquib⁹ cōcurrētib⁹ reddit malū vel nō oportunū ad finē: sicut ostēdere alicui signa amoris: fīm se cōsideratum v̄det esse cōueniens ad alliciendū eius animū ad amorē: si tamē in illius amo rōtingat ex hoc supbiā vel suspicio adiu-

precepto

lationis: nō erit hoc cōueniens ad finem: et ideo ad prudentiā circūspectio necessaria est: vt homo illud qd̄ ordinat̄ in finem: cōparet cū his que cōcūstant: cui⁹ oppositū vitiū vocat incircūspectio. Q̄tū de niq̄ ad tertū sciendū: q̄ incōstantia importat recessū quēdā a bono p̄posito diffinito: qui recessus principiū habet a vi ap̄petituia: nō em̄ quis recedit q̄ bono p̄posito diffinito: quin recessus inordinate placet: sed iste recessus nō cōsumant nisi p̄ defectū rōnis q̄ fallit ī eo qd̄ repudiat illud qd̄ recte acceptauerat: et cū possit resistere passionis impulsū: si nō resistit hoc est ex debilitate ip̄ius: qz non tenet se firmiter in bono cōcepto: et ideo incōstantia q̄tum ad finē cōsumationē p̄tinet ad defectū ratiōis: vnde sicut p̄cipitatio est circa actum cōsiliij ex defectu: et incōsideratio circa actū iudicij: sic incōstantia est circa actum p̄cepti: qz ex hoc quis dicit̄ incōstans q̄ ratio deficit in p̄cipiendo ea q̄ sunt p̄siliata et iudicata: cui adiūcta est negligentia que similē consistit circa actū p̄cepti qui est tertius et p̄ncipalis ip̄ius prudētie: nam negligentia importat defectū debite sollicitudinis: et habet rationē peccati: qz oīs defectus actus debiti rōnem habet peccati: et directe oppōnit̄ sollicitudini de qua supra dictū est: vñ eo mō quo sollicitudo est specialis virtutē actus: eodē modo negligentia speciale peccatiū est. Pro quo sciendū: q̄ negligentia p̄uenit ex quadā remissione voluntatis: p̄ quā cōtingit q̄ ratio non sollicitat̄ ut p̄cipiat ea que debet: vel eo modo quo debet: potest ḡ duplicitē cōtingere q̄ negligentia sit peccatiū. Uno mō cum negligentia consistit in p̄missione alicui⁹ actus vel cōstantie que nō sit de necessitate salutis: nec hoc sit ex cōtemptu sed ex aliquo defectu feruoris charitatis que impedit interdūz p̄ aliquid ventale: et tūc negligentia est veniale. Alio mō qñ p̄termittit per negligentia illud qd̄ est de necessitate salutis: sine sic actus siue cōstantia: vel lic̄z nō sit de necessitate salutis: tamē negligentia illius sequit̄ ex quodā p̄temptu: eo q̄ volūtas in tantū remissa ē circa ea q̄ dei sunt: et tota liter a charitate dei deficit: et hoc est mortale cui⁹ cōtempt⁹ argumentū est: q̄ etiā q̄s negligeret ea p̄ficere: lic̄z sciret de necessitate salutis esse. Qd̄ a nobis auertat iesus christus.

¶ negligentia

tertio:

De iusticia generali ac particulari
ac vitio illi opposito qđ dicit in iu-
sticia:

Sermo X

Emento Ut diem

m sab. sancti. Exo. xx. Post enoda-
tionē quāculācūq; pme virtutis
cardinalis qđ prudētia dī. Scđo loco vidē,
dū est de scđa virtute cardinali. s. iusticia:
de qđ dīc Geneca: *Iusticia nō nr̄a cōstitutio
s̄ diuina lex ē t̄ vinculū societatis hūane:
q̄s q̄ iusticiā sectari desideras: time p̄us
deū t̄ ama deū: vt ameris a deo: amabilis
eris deo si illū in h̄ imiteris vt velis omib⁹
pdesse: nulli nocere: t̄ tūc te virū iustū ap-
pellabūt oēs frequēter venerabunt t̄ bili-
gent: iustus enī vt sis nō solū nō nocebis:
s̄ t̄ nocētes phibebis: hec ille. Hic p̄mo
queri p̄t: vtrū iusticia sit vir⁹: p̄sertim cū
cōiter fm theologos t̄ iuristas: iusticia est
cōstans t̄ ppetua volūtas ius suū vnicuiq;
tribuēs: s̄ reddere alicui qđ suū est qđ ad
iusticiā p̄tinet est necessitatis: qđ aut̄ fit ex
necessitate nō ē meritoriu: qđ dedignat ha-
bere de⁹ coacta seruitia. Ad h̄ rñdet Tho.
scđa 2⁹. q. lviij. q̄ virtus hūana est: q̄ bonū
reddit actū hūanū t̄ ip̄m hoīez bonū facit
qđ quidē iusticie cōuenit: q̄ actus hoīs ex
h̄ bon⁹ reddit: q̄ attingit regulā rōnis f̄z
quā actus hūani rectificant: cū igit̄ iusti-
cia rectificet opatiōes hūanas: manifestū
est q̄ opus homīs bonū reddit. Hinc dicit
Tulli⁹. j. de offi. q̄ ex iusticia virtutis splē-
dor ē maxim⁹ ex q̄ bont̄ viri nomian⁹: nec
enī necessitas tollit in ea rōne meriti. P̄dro
q̄ sciendū q̄ duplex est necessitas. Una co-
actionis: t̄ hec q̄ repugnat volūtati tollit
rōne meriti. Alia est necessitas ex obliga-
tiōe p̄cepti sine ex necessitate finis: sicut cū
q̄s finē virūntis ḥsequi nō p̄t nisi faciat h̄
vel illud: t̄ talis necessitas nō excludit rō-
nem meriti inquātū h̄ aliq̄s agit volūtarie
qđ sic est necessariū: excludit tñ gloriā sup-
errogatiōis: fm illud. j. Coꝝ. ix. Si euāge-
lizauero nō est mihi glia. necessitas enī mi-
hi incūbit: vt Luce. xvij. Cū fecerit oīa q̄
p̄cepta sunt vobis dicite serui inutilles su-
mus: qđ debuim⁹ facere fecim⁹: sic intelli-
gendū ē: q̄ q̄ facit qđ debet nō auffert vti-
litatē lucri ei cui facit qđ d̄z: sed solū absti-
net a dāno illi⁹ sicq; seru⁹ inutilis est ei cui
facit: sibi ipsi tñ vtilitatē facit id inquātū
spōtanea volūtate facit id qđ d̄z qđ ē xtu,*

Sermo X

ose agere: vnde Sap. viij. dicit: q̄ sapientia
dei sobrietatē t̄ iusticiā docet t̄ prudētia t̄
virtutē quib⁹ in vita nihil ē vtilis homib⁹
sc̄z virtuosis. Ad maiorē aut̄ euidētia sciē-
dū q̄ duplex ē iusticie virt⁹. s. generalis t̄
particularis: iusticia aut̄ generalis dī iusti-
cia legalis: q̄ p̄ eā hō cōcordat legi ordināti
actus oīm virtutū in bonū cōe: nā iusticia
ordinat hoīem in cōpatiōe ad altū qđ fieri
p̄t duplicitē. Primo ad altū singularē cō-
sideratū. Secūdo ad altū in cōi fm q̄ ille
q̄ seruit cōitati seruit omib⁹ hoīb⁹ sub illa
cōitate cōtentis t̄ ad vtrūq; p̄t se h̄re fm
ppriā rōnem: oēs em̄ cōtentis sub cōitate cō-
parant ad cōitatē: sic p̄tes ad totū: t̄ qđlt-
bet bonū p̄tis est ordinabile i bonū toti⁹:
cū igit̄ bonū cuiuslibet x̄tutis ordinātis
hoīem ad seip̄m vel ad aliā singularē p̄so-
nā referibile sit ad cōe bonū ad qđ ordinat
iusticia: cōstat ḥsequēter q̄ actus oīm vir-
tutū ad iusticiā p̄tinere p̄t fm q̄ ordinat
hoīem ad cōe bonū: t̄ q̄tū ad hoc dicit eē
virt⁹ generalis: vnde sic charitas dīci p̄t
virt⁹ generalis inquātū ordinat oīm act⁹
x̄tutū ad bonū diuinū qđ respicit vt ppriū
oblectum: sic iusticia legalis inquātū ordi-
nat actus omniū virtutū ad cōe bonū qđ
respicit vt ppriū oblectū. Alia ē iusticia q̄
daꝝ particularis: que. s. ordinat hoīem circa
ea que sunt ad alterā singularē p̄sonā īme-
diata: sic iusticia generalis ordinat hoīem
in his que sunt ad alterū q̄tū ad bonū cōe
mediate. P̄dro quo nota q̄ oīa q̄ rectificari
possunt p̄ rōnem sunt materia virtutis mo-
ralis q̄ diffinit p̄ rōnem rectā: vt patet in
ij. Ethic. Possunt q̄ rectificari p̄ rōnez in-
teriorēs passiōes aīe t̄ extētiorēs actiones
necnō t̄ res extētiorēs que veniūt in vsum
homīs. Iusticia q̄ non est circa interiorēs
aīe passiōes: q̄ ḥsistit in volūtate vt i sub-
iecto cui⁹ motus vel actus nō sunt passiō-
nes: sed solū motus appetit⁹ sensitivi pas-
siōes dīcunt: sicut tēperantia t̄ fortitudo
que sunt i irascibili t̄ cōcupiscibili sunt cir-
ca passiōes: sed iusticia solū est circa actio-
nes extētiorēs t̄ res fm quādam rōnem
objeci specialē: put. s. fm eas vn⁹ homo
alteri coordinat: vn⁹ ponit vna de quattu-
or virtutib⁹ cardinalib⁹ habens materiā
specialem siue objectū. Et habet quattuor
gradus fm quadruplicē diffinitionē. P̄di
mus gradus ab omni iniquitate hominē
custodit t̄ cū omnib⁹ pacifice cōversari fa-
cit; t̄ sic est virtus politica que debet mun-
i. viij

M. Jusitria sit vtrū.

De decalogi

B
dum istum despiceret et vnicuius seruare quod suum est. s. sibi ipsi primo et deo. Secundus gradus mente ad eterna directe trahit: quod iusto ordini rationis perfecte consentit: et sic est virtus purgatoria quod est ad veram primi viam sentire et vniuersalium virtutis officium in suo vigore perservare. Tertius gradus mente in eternis figit: quod illa cum deo eterno perpetuo federe sociari. Quartus gradus predictos gradus inchoat deducit et perficit: quod in solo deo est qui omnem creaturam sua inflexibili et perpetua lege iuste regit: et sic est virtus exemplaris: que phenni lege a semper eterna opere sui consummatione non flectit. Thomas autem diffiniens iusticiam ait: Justicia est habitus secundum quem aliquis constanti et perpetua voluntate ius suum vnicuius tribuit. Est autem iusticia habitus secundum quem aliquis recte operatur et vult et hoc voluntate perpetua: quod non sufficit ad rationem iusticie quod quis velit ad horam in aliquo negocio seruare iusticiam cum vix inueniat quod velit in omnibus minime agere: sed requirit quod habeat voluntatem perpetuo in omnibus conservandi iusticiam. Addit etiam constanti voluntate: quod sicut per hoc quod dicitur perpetua voluntas designat quod aliquis gerat in proprio perpetuo iusticiam conservandi: sic etiam in hoc quod dicitur constantis designat quod in proprio firmiter perseveret. Quod autem subdividitur ius suum unicuius tribuit: non solum intelligit de principe et indice: quod reddunt quod iustum est per modum impunitis et dirigentis: sed etiam de subdivisiione redudent unicuius quod suum est: per modum executionis iuxta illud Roma. xiiij. Reddite omnibus debita: cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui timore timore: cui honorum honorum: nemini quicquam debeat nisi ut in unicem diligatis. Per hoc autem quod additur ius suum notatur quod ius est oblectum ipsius iusticie. Ius autem multiplex est ut tactum est in primo precepto: hoc tam sciendum quod ius sine iusticia secundum Tho. scda 2^e. q. lvij. est aliquod opus adequatum alteri: secundum aliquem equalitatis modum. Dupliciter autem alicui homini potest aliquid esse adequatum. Uno modo ex ipsa natura rei ut cum quantum tantum dat ut tantum recipiat: et hoc ius naturale vocatur. Alio modo aliquid est adequatum alteri vel commensuratum ex condicto vel ex communione placito: cum scilicet quis se reputat contentum si tantum accipiat: quod potest fieri dupliciter. Primum per aliquod priuatum conductum: sicut quod firmatur aliquo pacto in-

ter priuatam personam. Secundo ex condicto publico: cum scilicet totus populus consentit: ut aliquid habeat quam si adequatum et commensuratum alteri: vel cum hic princeps ordinat quod populi curam habet vel eius persona gerit: et hoc dicitur ius positum. Potest enim humana voluntas ex communione condicto aliquid facere iustum: in his quod secundum se non habet repugnatiam aliquam ad iusticiam naturalem. Secundum tamen est de his quod de se repugnantiem habent ad ius naturale: quod de his dicitur Esa. x. Vnde qui condunt leges iniquas. Deinde querit potest voluntate iusticia permaneat inter omnes virtutes morales: per se certum cum secundum secundum. Ethic. Virtus est circa difficile et bonum: sed fortitudo magis est circa difficultates iusticia: quod circa picula mortis: ut postea videbitur. Ad hunc rendet Tho. ubi supra. q. lvij. quod si loquimur de iusticia legali: tunc manifestum est quod ipsa perclarior est inter oes virtutes morales: in quaestum bonum communem permanet bono singulari unius personae. Et secundum hoc in. v. Ethic. dividit per nos: Quod perclarissima virtutem videtur esse iusticia: et neque desperatur neque lucifer ita admirabilis. Similiter si loquimur de iusticia particulari: tunc etiam percellit inter alias virtutes morales duplicitatem ratione. Prima summa potest ex parte subiecti: quod scilicet iusticia est in nobiliori parte ipsius aenei: scilicet in voluntate: quod sapienter: quod iusticia non ordinatur ad dirigendam aliquem actum cognoscitum: et ideo subiectum iusticie non est intellectus vel ratio. Sed iustitiam dicimus ex hoc quod recte aliquem agimus: primum autem principium actus est vis appetitiva: quod duplex est. s. voluntas quod est in ratione: et appetitus sensitivus consequens apprehensionem sensus: qui dividitur per irascibilem et concupisibilis. Reddere autem unicuius quod suum est ex appetitu sensitivo procedere non potest: quoniam apprehensio sensitiva ad hoc se non extendit quod proportionem unius ad alterum considerare possit: sed hoc est proprium rationis: et sic iusticia non potest esse sicut in subiecto in irascibili et concupisibili: sed solum in voluntate. Alio modo virtutes morales sunt sicut in subiecto in appetitu sensitivo: ad quem pertinent naturales animae passiones quod sunt materia altorum virtutum moralium. Secunda autem ratio summa potest ex parte obiecti: quod virtutes aliae laudantur solum secundum bonum ipsius virtutis: quod scilicet perficiunt ipsum habentes. Iustitia vero laudatur secundum quod virtuosus ad aliud bene se habet: quod iusticia est circa operationes quibus bene ordinatur non solum in se: ut bene se habeat in seipso: sed etiam respectu alterius ut

tertio:

bis se habeat ad alterū. Ad hanc qd̄ obij-
cū de fortitudine: dicendū q̄ rō virtutis ma-
gis cōsistit in bono q̄ in difficultate. Justitia
autē est circa meliora q̄ fortitudo: qz illa so-
lū utilis est in bello: t̄ ista in pace t̄ in bello.
Verū inter virtutes cardinales p̄cellit
prudētia iusticiā: vt videbit in p̄mo sermo-
ne de fortitudine. Deniq̄ q̄ri p̄t de ini-
sticia q̄.s. opponit iusticie: vtrū. s. sit vitiū
spāle: p̄sertum cū nullū p̄ctū speāle oppo-
nit oīb̄ virtutib̄: s̄ in iusticia omib̄ oppo-
nit virtutib̄. Hā q̄tū ad adulteriū oppo-
nit castitati: q̄tū ad homicidiū opponit
mansuetudinē: t̄ sic de alijs. Ad hoc r̄fidet
Tho. vbi s. q. lxx. q̄ duplex est iniusticia.
Una illegalis q̄.s. opponit iusticie legalitē:
t̄ h̄m̄ essentiā ē spāle vitiū inquātū respi-
cit obiectū spāle. s. bonū cōe qd̄ p̄tēnit: sed
q̄tū ad intentionē est vitiū generale: qz per
cōtemptū boni cōis p̄t q̄s ad oīa peccata
deduci: sic etiā oīa vitia inquātū repugnāt
bono cōi rōnē habēt iniusticie q̄si derivata
ab iniusticia. Elii x̄o ē iniusticia f̄m̄ ineq-
uitatē quādam ad alterū: put hō vult h̄re
plus de bonis t̄ min⁹ de malis: t̄ sic spāle
habet materiā: t̄ est p̄ticulare viciū iusticie
p̄ticulari h̄m̄. Et opponit etiā indirecte
virtutib̄ omib̄ inquātū exteriores act⁹
p̄tinēt t̄ ad iusticiā t̄ ad altas virtutes mo-
rales licet diuersimode. Et est vitiū morta-
le ex genere suo: qz charitati cōtrariaf: q̄ ē
aīe vita: q̄ mouet ad volendū alteriū bonū
cū ecōtra iniusticia sp̄ in alteriū nocumēto
cōsistat: nisi tā parua ēt̄ iniusticia q̄p̄ba-
biliter alter nō lederet nec illi displiceret:
puta si auferat pomū vel silē. Et nota q̄ fa-
cere iniustū ex intentiōe t̄ electiōe est p̄priū
iniusti: f̄m̄ q̄ iniustū dicit q̄ h̄z habitū ini-
sticie: t̄ ille d̄r̄ iniustū formalit̄. Sed facere
iniustū p̄ter intentionē. s. p̄ ignorātiā v̄l ex
quadā passiōe nō est p̄priū iniusti: qz h̄ p̄t
quis facere absq̄ habitū iniusticie: sed tm̄
materialit̄ t̄ q̄si p̄ accidēs iniustū d̄r̄. Ad l.

**De partib̄ iusticie subiectiis
integralib̄ t̄ potentia libus ac de
acceptiōe psonarū: Sermo XI**

Emento Ut Diem

m̄ sab. sancti. Exo. xx. Iā ordine cō-
gruo de p̄tibus t̄p̄i iusticie pse-
quēdū ē q̄ sūt triplices: nā quedā sūt p̄tes
eius subiectiue: quedā integrales: t̄ q̄dā
potētionales q̄ sūt virtutes adiūcte. Q̄tū

Sermo XI

igif ad p̄mū. s. p̄tes subiectiis p̄mo q̄ri p̄t:
vtrū sint due p̄tes iusticie: q̄ p̄ vna ē directi-
ua in distributiōib̄ t̄ alia in cōmutatiōib̄
sic tā gere videt p̄bus in. v. Ethic. cū tñ ecō-
tra sic dictū est: iusticie act⁹ ē reddere vni-
cuiq̄ qd̄ suū ē: s̄ in distributiōe nō reddit̄
vniciq̄ qd̄ suū erat: s̄ de nouo sibi appro-
priat qd̄ cōe erat. Ad h̄ r̄fidet Tho. scda 2^e
q. lxj. q̄ iusticia p̄ticularis q̄ ē virt⁹ cardi-
nalis ordinat̄ ad aliquā psonā p̄uatā q̄ cō-
pat ad cōitatē: sic p̄s ad totū. P̄t̄ igif ad
aliquā p̄tē attēdi duplex ordo. An⁹ quidē
ptis ad p̄tē cui filis ē ordo vni⁹ p̄uate pson-
ne ad aliā: t̄ h̄c ordinē dirigit iusticia cō-
mutatiua q̄ p̄sistit ī his q̄ mutuo fiūt inter
duas psonas adinuicē. Ali⁹ ordo attēdit
toti⁹ ad p̄tes: t̄ huic ordinē assilaf̄ ordo ei⁹
qd̄ ē cōe ad singlas psonas quē ordinē di-
rigit iusticia distributiua q̄ ē distributiua
cōmutatiua f̄m̄ p̄portionalitatē. Et iō due sūt
sp̄es iusticie. s. cōmutatiua t̄ distributiua:
q̄ distinguūt nō solū f̄m̄ vnu t̄ mltā. i. f̄m̄ h̄
q̄ iusticia cōmutatiua cōsistit ī eo q̄ aliqd̄
reddit̄ vni⁹: t̄ distributiua in h̄ q̄ aliqd̄ red-
dat̄ multis: s̄ etiā f̄m̄ diuersā rōnē debitis:
qz alto mō debet id alicui qd̄ est cōe: t̄ alto
mō id qd̄ ē p̄priū. Ad obiectū igif dicendū
q̄ cū ex bonis cōib̄ aliqd̄ ī singulos distri-
butiū q̄libet aliq̄ mō recipit qd̄ suū est. Ed
maiore autē euidētiā sciendū: q̄ act⁹ cōmu-
tatiue iusticie ē restitutio: q̄.s. q̄d̄ cū q̄ abla-
tū reddit̄ vel equolēs put ē possibile. Hā
ablatio rei alienē q̄ ē acī⁹ iniusticie circa cō-
cōmutatiōes opponit restitutio: t̄ iō resti-
tutio ei⁹ ē act⁹ iusticie q̄ ē in cōmutatiōib̄
directiua. P̄t̄ rea licet nomē restitutiois
inquātū ī portat iteratōez quādā supponit
idēptitatē ret̄: t̄ iō f̄m̄ p̄priā ī positōez noīs
restitutio p̄cipue locū h̄re videt ī reb̄ exte-
riorib̄ q̄ manētes eedē tā f̄m̄ subaz q̄ f̄m̄
ius dñij possunt ab uno deuenire ad aliū.
Sicut tñ ab h̄m̄ i reb̄ nomē cōmutatiōis
trāslatū est ad actiōes v̄l passiōes q̄ p̄tinēt
ad reuerentiā vel iniuriā alicui⁹ psonae seu
etiā nocumētū v̄l p̄fectū: sic etiā nomē re-
stitutionis ad hoc deriuat̄: que licet reali-
ter nō maneant̄: manent tamē in effectu v̄l
corporali: puta cum ex p̄secutione corpus
ledit̄ vel in effectu qui est in opinione ho-
minū: vt cū post v̄ba opprobriosa remanet
aliquis infamat̄ aut minoratus ī honore
suo: vñ cōmutatiōes int̄ duas psonas pos-
sunt esse duplices: p̄ q̄s facilē inueniri p̄t̄
vitia cōmutatiue iusticie h̄rla. Quedā em̄

De decalogi

precepto

sunt iuoluntarie cōmutatiōes: qñ.s. q̄s utrū
alterius re psona vel ope eo inuitō: qđ du
pliciter fieri pōt: sc̄z occulte p fraudem vel
manifeste p violentiā. Et hoc p̄mo in rem
sine occulte rem alterius accipiēdo qđ fur
tum dicit: sine manifeste qđ dicit rapina.
Secundo in psonā vel q̄tū ad eius cōisten
tiā: sicut ledit occulte q̄s p dolosam occisi
onē p cussionē aut veneni exhibitōez. Ma
nifeste x̄o p manifestā occisionē: incarcera
tionem: verberationē seu mutilationē: vel
etīā q̄tū ad eius dignitatē: sicut occulte
quis ledit p falsam testificationē detracti
onem: diffamationē: susurrationē t̄ silia.
Manifeste x̄o p falsaz accusationē in iudi
cio: defensionē: indicationē: aduocatiōez:
testificationē. Itē derisionē: maledictionē
x̄tumellā: cōuictū: improperiū t̄ silia. Ter
tio in psonā cōiunctā: vt in vxorē p adulte
riū occultū vel manifestū: vel etīā in seruū
quē inducit occulte vel manifeste vt disce
dat. Et eadē est ratio de alijs psonis cōiun
ctis. Quedā q̄ sit sunt voluntarie cōmutati
ones: cū.s. quis voluntarie trāsferit res suas
in alterū: qđ fit multipliciter. Primo sum
pliciter fit translatio rei in alterum p recō
pensatiōe alterius rei: sicut fit in emptiōe
t venditiōe. Secundo cōcedit alteri vſū ret
eū debito recuperandi rem: sicut in vſufru
etu t̄ in mutuo seu cōmodato: qđ si nō con
cedit talis vſus gratis: tūc vocat locatio
t cōductio. Tertio tradit rem suā rōne cō
seruatiōis vt in deposito: vel rōne obliga
tionis vel fidelissionis vt in pignore: t̄ sic
de alijs. Et circa has cōmutatiōes volūta
rias sunt duo vitia. s. fraus t̄ vſura. Vterū
tamē: quia de his omnib⁹ vitijs oppositis
sparso tractat̄ in p̄senti opusculo: nūc grā
breuitatis supsedeo. Secundo p̄ncipalē
queri potest devitio opposito iusticie distri
butiue qđ est acceptio psonarū: vtrū. s. sit
peccatū: p̄sertim cum apud deū nō pōt esse
iniquitas: sed deus videf accipere psonas
quia vnū assumit p gratiā t̄ aliū in pecca
to relinquit: luxta illō Matth. xxiiij. Duo
erūt in loco vno vnus assumet alter relin
quetur. Ad hoc r̄fidet Tho. vbi ſ. q. Ixij.
Q̄ equalitas iusticie distributiue cōsistit
i hoc q̄ diuersis psonis diuersa tribuunt
ſm pportionem t̄ dignitatē psonarum cui
opponit̄ acceptio psonarū. Si ergo quis
cōsiderat illā p̄prietatē psonae ppter quam
id quod ei offertur est ei debitum: non erit
acceptio psonae sed cause. Hinc super illud

Ephes. vij. Mō est psonarū acceptio apud
deū: dicit glo. q̄ iustus iudex causas discer
nit nō psonas: puta si q̄s aliquem p̄mouet
ad magisteriū ppter scientie sufficientiā:
h̄ attendit cā debita nō psona. Si x̄o talis
solū attēderet psonā: vt qz Martin⁹ est v̄l
petr⁹ tūc esset acceptio psonae cui nō tribue
ret ppter cām q̄ faceret eū dignū: ſolū ppter
psonā: vt qz amic⁹: cōsanguine⁹ vel d̄iues.
Cōtingit tñ q̄ aliqua p̄ditio psonae facit eā
dignā respectu vnt⁹ rei t̄ nō respectu alte
rius: ſic p̄sanguitas facit aliquē dignū ad
hoc q̄ heres instituat patrimonij: nō autē
ad hoc q̄ ei p̄latio eccliaſtica p̄ferat. Et sic
eadē p̄ditio psonae in vno negocio p̄ſidera
ta: facit acceptio psonarū: in alio x̄o nō
facit. Ad obiectū aut̄ dicendū q̄ duplex ē
datio. Una qua q̄s alicui dat qđ ei debet:
t̄ hoc p̄tinet ad iusticiā: vñ circa tales da
tiones acceptio psonap̄ attendit. Alia est
datio p̄tinens ad liberalitatē: qua. s. alicui
gratis dat qđ ei nō debet: t̄ talis est colla
tio munerū gratie p que peccatores assu
munt a deo: circa quā acceptio psonap̄ lo
cum nō habet: qz q̄libet absq̄ in iusticia de
ſuo dare pōt quātum vult t̄ cui vult: t̄ ſic
deus dat bona ſua: qui ait Matth. xx. An
nō licet mihi qđ volo facere: tolle qđ tuum
est t̄ vade. Ceterū hec acceptio psonarū
qñq̄ locū habet in iudicijs cōferēdis: qđ
corruptif amore vel odio: timore v̄l cupi
ditate: qfīg x̄o locū habet in ſpūaliū dis
pensatiōibus: quorū p̄latus eccliaſtic⁹ nō
est dñs vt ea dare pōt p habitu: ſed tñ
dispensator: t̄ ideo necesse eſt p̄mouere v̄l
etīā eligere meliores: vel ſimpliē vel i cō
paratiōe ad cōmune bonū. Q̄ si cōſanguini
nei ſunt eque digni vt alij: tunc p̄ferri poſ
ſunt: qz ſaltē in hoc p̄eminēt q̄ de eis ma
gis cōfidere pōt: q̄ vnanimite ſecū ecclie
negocia tractent. Qñq̄ deniq̄ locū habet
in exhibitiōe honoris t̄ reuerētie: qñ. s. d̄i
ues honorat ſolū intuitu diuītia p̄. Et hoc
tangit Jacob⁹ in canonica ſua. ij. c. Et parti
rōne ſi q̄s honorat ppter aliquas cauſas
q̄ nō faciūt honore dignū eſt peccatū: t̄ p̄
tinet ad acceptio psonarū: poſſūt tñ ho
norari p̄ncipes t̄ p̄lati etīā mali: qz gerunt
psonā dei t̄ cōitatis cui p̄ſciunt. Similē
t̄ parētes t̄ dñi ppter p̄ticipationē diuīne
dignitatis: qui eſt omniū pater t̄ dñs. Itē
ſenes ppter ſignū virtutis: qđ eſt ſehect⁹:
Leuit. xix. Coram caño capite conſurge et
honora psonam ſenis. Tertio queri pōt

de p̄tib⁹ integralib⁹ īpius iusticie vtrū
sint p̄tes iusticie declinare a malo ⁊ facere
bonū cū Aug.li.de correctiōe ⁊ gratia po-
nat ad iusticiā legis p̄tinere declinare a ma-
lo ⁊ facere bonū: sed quia ad quālibet vir-
tutē p̄tinet facere bonū ⁊ vitare malū: vi-
detur q̄ p̄tes excederēt totū.s.iusticiā que
est virtus quedā specialis. Ad hoc r̄ndet
Tho.vbi.s.q.lxxix.q̄ si loquamur de bo-
no ⁊ malo in cōmuni:tūc facere bonū ⁊ vi-
tare malū p̄tinet ad omnē virtutē: s̄ q̄ iu-
sticia fīm q̄ est virtus specialis respicit bo-
nū sub ratiōe debiti ad p̄ximū: ideo scđm
hoc ad eā p̄tinet facere bonū sub rōe debi-
ti in cōparatiōe ad p̄ximū ⁊ vitare malū
oppositū. Verūtamē facere bonū est actus
cōpletius iusticie ⁊ quasi p̄s eius p̄ncipa-
lis: sed a malo declinare ē acr⁹ sp̄fectior ⁊ q̄
si secūdaria ei⁹ p̄s. Hinc ē q̄si p̄s material
sine q̄ nō p̄t p̄s formalis eē cōpletua. Et
bis duab⁹ p̄tib⁹ opponunt̄ duo vitia q̄ sūt
trāsgressio ⁊ omisſio. Trāsgressio nāq̄ op-
ponit p̄ceptis negatiūs q̄ p̄tinēt ad decli-
nationē a malo. Et omisſio oppone p̄ceptis
affirmatiūs q̄ p̄tinēt ad faciēdū bonū: ⁊ b̄
p̄rie sub rōe debiti in ordīe ad p̄ximum.
Bonū em̄ sub rōe debiti p̄rie p̄tinet ad iu-
sticiā: legalē qđē si debitū accipiat in ordī-
ne ad legē diuinā v̄l humanā: specialē ve-
ro si debitū p̄siderat̄ in ordīne ad p̄ximum.
Ehi eo mō q̄ iusticia est virtus specialis: etiā
omisſio est speciale peccatū distinctū a pec-
catis q̄ opponūt alijs virtutib⁹. Et eo mo-
do quo facere bonū cui opponit omisſio ē
quedā p̄s speciali iusticie distincta a decli-
natione mali cui opponit transgressio: etiā
omisſio a trāsgressionē distinguit. Simili-
citer tñ ⁊ absolute loquēdo trāsgressio gra-
uius est peccatū q̄ omisſio: licet aliq̄ omis-
ſio grauior esse p̄t aliq̄ trāsgressiōe: cuius
rō est q̄ peccatū intantū grāne est in q̄tū
distat a virtute. Cōtrarietas aut̄ est maxia
distātia: vt dic̄t in. ix. Meth. Unde otra/
riū magis distat a suo cōtrario q̄ simplex
ei⁹ negatio: sic ab albo magis distat nigrū
q̄ simpliciter nō album. Sed transgressio
cōtrariat̄ actui virtutis: omisſio vero solū
iportat negationem illi⁹. Hic min⁹ peccat
omittēs parentib⁹ exhibere debitā reuerē-
tiā q̄ eis inferēs cōtumeliā v̄l iniuriā q̄ p̄-
tinet ad trāsgressionem. Quarto q̄ri p̄t
de p̄tib⁹ iusticie potētionalib⁹ ⁊ de vir-
tutib⁹ ei annexis: vtrū.s.virtutes annexae
iusticie p̄uenienter assignēt̄: p̄serūt̄ quia

¶ Virtutib⁹ auxiliis iustice.

Sērmo . xii

Tullius ponit sex virtutes Macrobi⁹ se-
ptē: quarū plures a Tullio p̄termittunt̄.
Andronic⁹ nouēz ex q̄bus Tullius ponit
tm̄ vnā. Et Arest. p̄t̄ epicheiā quā null⁹
p̄dictor̄ ponit. Ad hoc dicendū fīm Tho.
vbi.s. q̄ in virtutib⁹ q̄ adiungunt̄ alicui
virtuti p̄ncipali sunt duo p̄siderāda. P̄ri-
mo q̄ in aliq̄ virtute p̄ncipali cōtac̄t. Secū-
do q̄ in aliq̄ deficiant a p̄fecta rōne īpius.
Et q̄ iusticia ē ad alterp̄ ideo oēs virtutes
q̄ sunt ad alterp̄ p̄nt rōne p̄ueniētie cōnecti
iusticie: ratio ergo iusticie p̄sistit in b̄ q̄ al-
teri reddat qđ sibi fīm eq̄litatē debet. Du-
plicē tgit̄ aliq̄ virtus ad alterp̄ existēs a ra-
tione iusticie deficit. P̄rimo deficit a rati-
one equalis. Secūda a rōne debiti: q̄ qđā
virtutes licet alteri reddat̄ debitū tñ eq̄litē
reddere nō p̄t̄: vñ q̄cqd̄ deo reddit̄ ab ho-
mine debitū est: nō tñ eq̄le: q̄ nō reddit hō
tātū quātū debet: in x illō. Quid retribuā
dño ic̄. Et sic adiūgit̄ iusticie religio: q̄. s.
religiamur diuino cultui. Sīlī parētib⁹ red-
di p̄t̄ debitū fīm nō eq̄le: vt p̄t̄ p̄ p̄m. viij.
Ethiç. Et sic adiūgit̄ pietas p̄ quā fīm Tulliū
sanguine iunctis patrieq̄ beniuol̄ offici-
ūm: ⁊ diligens tribuit̄ cult⁹. Tertio nō po-
test equale p̄miū ab homīe recōpēsari vir-
tuti: vt p̄t̄ p̄ p̄m. iiij. Ethiç. ⁊ sic adiūgit̄ ob-
seruātia p̄ quā homīes fīm Tulliū aliq̄ di-
gnitatem antecedētes aliq̄ cultu ⁊ honore di-
gnant̄. Defectus etiā a rōne debiti p̄t̄ at-
tēdi fīm q̄ duplex est debitū. s. legale qđ p̄
p̄rie attēdit iusticia q̄ est virtus p̄ncipalis
⁊ morale debitū qđ. s. aliq̄s debet ex ho-
nestate virtutis: ⁊ habet duplē gradū:
Quoddā em̄ debitū sic est necessariū: q̄ si
ne eo nō p̄t̄ honestas mox fūari: ⁊ b̄ ha-
bet plus de rōne debiti. Exempli grā. De-
bitū ē q̄ talē alteri q̄s se exhibeat in x̄bis
⁊ factis: q̄lis est: ⁊ sic adiūgit̄ veritas.
Itē q̄ alteri recōpensat fīm ea q̄ fecit: v̄l in
bonis ⁊ sic adiūgit̄ gratia: v̄l in malis et
sic adiūgit̄ vindicatio. Aliud vero debi-
tū est necessariū sicut p̄ferēs ad maiore ho-
nestatē: sine q̄ tñ honestas cōseruari p̄t̄:
sicut liberalitas: affabilitas: ⁊ alia q̄ Tullius
p̄t̄ermittit: quia parū habent de ra-
tione debiti. Ad laudem dei.

De tertia virtute cardiali. s. for-
titudie: ⁊ vtrū operef̄ ex habitu ⁊
cū delectatiōe: Ser XII

m. Emento ut diem

De decalogi

precepto

